

mine *Conceptionis* & *Conceptus*. Conceptio femine est, quæ dicitur *Imprægnatio*. Conceptus dicitur animatus fetus ex imprægnatione, qui prius embryo, antequam speciei propriæ lineamini accipiat. Hanc distinctionem exhibuit Chrysofomus. Homil. 65. in Ioann. dicens: *Quotidie hoc videmus in generatione nostra: primum enim corrumpi semen oportet, inde fieri generationem*. Eadem voce pro diversis utitur S. Doctor: primo pro imprægnatione femine, secundo propriè pro fetu animatione generationem accipit. Similiter Plato lib. 7. de *Republ.* seu de *Iustia*, inquit: *A generatione usque ad id, quod ens dicitur*: Dicitur ens generatione passiva: & a generatione, idest, ab imprægnatione genitricis. Spenusippus apud Diogen. Laërtium, de *Vitis Philosoph.* & *dogmatib.* lib. 4. describit usum vocis, signans generationem pro motu in essentiam individui, pro processu in essentiam, & pro acceptione essentia. Motus signat copulam, processus imprægnationem femine, acceptio essentia fetus animationem, in cuius instanti homo dicitur conceptus, quia tunc iam homo, individuum humane nature. Hæc est generatio, seu conceptio passiva: alia autem generationis acceptiones præsupponuntur, in quibus nihil quoad originale peccatum futuri foret individui: tunc, quia in femine non est qualitas morbida, ex qua anima futurae morbus; nec peccatum originale contrahitur per actionem physicam, sed modo morali: tunc etiam quia peccatum originis, utpotè privato iustitiæ originalis & gratiæ amicitiaque Dei, non insidet in corpore, sed in mente & animo, in quo gratia iustitiæ originalis residebat. Vide Anselm. de *conceptu Virginal.* lib. 1. cap. 22. & 26. cum seqq. Soto, lib. 1. de *Natur.* & *grat.* cap. 8. & 9. Azor *Tom. 1. Institution.* lib. 4. à cap. 26. & Suar. in 3. p. *D. Thom.* q. 27. disp. 3. à sect. 3.

Varie accipitur generatio, Chrysof.

Propriè pro acceptione essentia.

Sicut quæ necesse est peccatum originale.

138 Generatio itaque in primis acceptionibus non potest dici individui conceptio passiva; quippe tunc nullum, cum non sit *Hoc*; hocque nequit dici line anima infusa in carne humana: caroque humana non est, quousque forma humana sit, est sit dispositio remota, decursu temporis proxima & proximior ad carnem humanam. Quapropter non est *Huius* passiva conceptio, cum non sit de quo possit dici *Hic* (Adifis D. Thom. quò dudum, *quæst. 6. art. 4. ad 1.*) ut videretur in abortu inanum. Conceptio est embryo in hocce singulariter individuum, infusa animâ, dicitur propriè passiva conceptio, quæ eadem est ac passiva generatio, & iurè: tunc enim propriè est origo viventis à principio viventis coniuncto in similitudinem nature. Si origo viventis, sine anima esse non poterit; debet esse ens completum in sua specie, nimirum suppositum: qua de causa excluditur à Philosophis, tanquam non generata, substantia partialis per nutritionem acquisita. Nulla ergo intercedit distinctio inter huiusmodi conceptionem & generationem: etenim est generatio substantialis fiat successivè secundum prævias dispositiones, ut vidimus; secundum formam substantialem, tota simul & in instanti perficitur; quin detur instans generationis, atque aliud instans conceptionis: ita Philosophi apud Petr. Galtruch. in *Physic. partic. p. 2. tract. 1. cap. 1.*

139 Unde instructo articulo respondendum: vel in illa generatione Virginis conceptionem præveniente, erat forma, seu Mariæ anima, peccati gratiæve capax, vel non. Si non erat forma, Maria nec erat genita, nec concepta, quia non erat: non entis profectò non sunt passiones. Si erat, simul concepta & generata fuit Virgo; quin prius esset anima infusa in Virginis generationem, & instanti sequenti in conceptionem eius; quare si concepta fuit sine originaria labe, etiam sine labe genita; quippe nequit concipi momentum, in quo aliquid sit & non sit. Erat utique terminorum implicatio, si cut quim profert Zarraga: *Potest aliquis in Adam peccare in instanti generationis & nihilominus in primo sua conceptionis momento gratia restitui*. Vide quid dixeris. *Restitui?* Nemo restituit nisi in habitum. Si in secundo instanti restituitur gratiæ, ergo habuit gratiam in primo: in primo, asseris, contrahi originale peccatum; ergo in primo instanti erat peccatum simul & gratia; ad quam restituitur in sequenti momento. Ex quo sequitur, Virginem in instanti generationis habuisse gratiam, & in eodem instanti quo habuit, amisisse contractione peccati originis; & in secundo sequenti scilicet, conceptionis momento, recuperasse, & obtinuisse; quippequam tunc Virgo restituta est gratiæ. Quid mihi homo? In profunda versutia demergeris, & non nisi in cachinnos appares.

140 Sed altrius Matris Virginis dedecus, ex eo quòd filius eius, Christus Salvator fuit immunis ab originaria lue, quoniam in Virgine conceptus sine generatione; Christum generationem & non conceptionem comitetur peccatum originale Falleris. Christum

Maria non solum concepta in gratia, sed genita in gratia.

stus Dominus genitus fuit & conceptus a Virgine, est non generatione communi, sed mirabili, non ex vitro & muliere, sed factus ex muliere, quia carnem non aliunde, sed maternâ traxit ex carne, cooperante in conceptione virtute Spiritus Sancti, agentis instanti virtutis. Naturalis generatio fuit Christi in Virginis utero quoad substantiantiam & essentiam, unde vera Christi mater, est miraculosa ex parte modi; tum propter unionem hypostaticam, tum ratione causæ efficientis humanam generationem: quare Ambrosius de *Incarнат. myster.* cap. 5. ait: *Generatio generationi non præiudicat*. Vide Div. Thom. 3. *part. quæst. 32. art. 4.* Suarium hic & in *quæst. 35. disp. 12. sect. 1.* Sic ergo Christus dicitur conceptus de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, uti diximus, *num. 87. & 122.* Maria ergo concepta fuit modo communi, non generatione præcedente conceptionem; sed conceptione feminis præcedente propriam passivam generationem, in qua infusa corpori anima, materiâ dispositâ, tuncque illa simul genita & concepta; concepta sine peccato originali, & genita sine peccato originali. Sic evanescunt deliria Zarraga, quæ ille duntaxat excogitare quibat.

Christus non solum conceptus à Virgine, sed etiam genitus. Ambros.

— *Nunc actum est: caput insanabile prorsum, Ergo miser omnibus dignus est, & baculo.*
141 In versiones igitur calamo iam fastidisti lubrici cerebri lasso, descendamus. *Fuit vir unus.* Pagnin. *Fuit Zuph Ephraim.* Guaric. *Fuit vir quidam.* Syr. & Rom. *Fuit homo.* Bibl. Reg. *Fuit homo unus.* Chald. *Vir unus fuit.* Alij, *Vir singularis, inlytus, excellens, prædotes, electus, nobilis*; uti vidimus in expositione: quæ nunc attingere mores, ut satagamus in virtutibus esse singulares & insignes.

Achil. Bocch.

Variet. lect.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. *Fuit vir unus*: Idest, singularis Christus Dominus, quia Deus & homo unus est Christus. Captivum erat genus humanum originali peccato, quousque Deus fieret inter homines homo: diciturque qui unus, excellentiæ singularis, per libertatem hominibus concessam in ligno crucis: igitur ibi collocata nostra gloria, ubi hominum ignominia.
- 2. *Fuit vir unus*: Idest, in cunctis super cuncta singularis in demonstrationibus amoris: siquidem ita homines diligit, pro quibus & vitam tradidit; ut flagrante cordis flamma, procedat continuo de officijs dilectionis maioribus in maiora.
- 3. *Fuit vir unus*. Hoc humane conditionis in Christo cellitas, ac in Virgine matre extenta nostra felicitas; igitur pro conferenda gloria, iam est unus & est una. Ita electa inter feminas excellens præ omnibus, singularis charismatibus; ut emineat amplius perfectionis excellentia, ex eo quòd in perfectione perfectiore Virgo sola.
- 4. *Fuit unus*, dicitur de Sponso virginum Christo, quia excellens. Una erit ergo

Sponsa, si Sponsus unus per cordium nexus, excessu amoris & ingenio charitatis, quo videtur unus & alter alter & unus. Unde si iam unum & ille unus fide redamationis, & quia in studio singularis fides; ius est, Sponsam celebrare ut unicam, propter amoris in Sponsum insignioris excellentiam.
5. *Fuit unus*, Sponsus virginum. Una etiam Sponsa, sed nequaquam nominatur unus & una. Si esset unus & una, nulla profectò in amore vehementia. Unum pro excessu inter utriusque amorem necessarium: nihilque dicitur de numero post nuptiarum contubernium; quia nec unus, nec una, qui iam per amorem unum.
6. *Fuit vir unus, singularis & electus*; Quomodo electus, si unus? Necessaria libertas, ut constet electionis auctoritas: diciturque unus electio, ubi dotes sine numero; ut clareat quam spectabilis sine concursu electionem; igitur nobilior libertas in electionem; modo dotes surripiant electuris libertatem.

DIDASCALIA I.

Ubi servitutis hominis infelicitas, inde pendit nostra libertas:

Inter Philosophi Stoici Cordubens. singulares entusiasmus, insignis profectò est ille, quo aliud dixit, & aliud

nesciens signavit. Unde lib. 3. de *Ira*, cap. 15. ait: *Vides illam arborem, brevem, re-torridam, infelicem? Pendet inde libertas.*

Seneca Tom. V. X 2 Sj

Si bonum libertatis in summo, quoniam non bene pro toto libertas venditur auro; quo pacto arbor infelix felicitatis origo? Vocat ille truncum infelicem, per mortem; fellicem, per libertatem: equidem victoria ex dolore ac morte in felicitatem parva; quippe in ligno infelici felix deposita vita. Excellentius aliquid in cogitatione latet, igitur nescite quid diceret. Aptius Octavius Strada Tom. 1. Symbol. 1. de Cruce, quo depingitur agnus, arborque illa infelix, in cuius siccis ramis pro folijs insident octo stella efformantes Signum Libræ: subditque Iacob. Typotius *Isagoges* in Exposit. *Arbor infelix (qua ferè voce Crux, aut palus supplicij à Romanis appellatur) truncus imago crucis: quam ut agnoscat, hic est ille aries, quem Abrahamus in vepreio cornibus impauctum comprehendit atque immolavit Deo (vitam enim dedit, ut morte hominem à morte redimeret) supra arborem octo stella Libram representant: qua ex re clarius ipso sùdere collucet, panam esse adequatam delictio, & insontem fontium pœnas dependisse.* Infelicitas nota signatur crucis arbor, quia maledictus omnis, qui pendet in ligno. Videtur ibi infelicitas: Inde pendit & dependit nostra libertas; quippe per agni sine macula mortem, captivam duxit pendens captivitatem; & quos cruci mors addixerat, superatà morte, sidera donat: equidem ibi mors mortua, quia ibi deposita vita.

Quid ligni infelix?

Iacob. Tipet.

Galat. 3. 13. Cur iam felix?

1. Reg. 1. 1.

Exod. 3. 2.

Rab. David.

tum quibant procedere vulnera, habente: spicula mucronata: videreque intendit Moyses uti singulari, quod mirabantur vel oculi; quippe si visus super, quod rubas in ipsa ariditate foret; magis mirabile, spinas converti in pulchriores rosas. *Descendi (ait) ut liberem eum, & educam.* Ni ille de celo descendisset, & in ligno infelici fixus staret; populum & captivitate non educeret. In illo ligno spinoso, in vulnera cuspidibus slipato pridem sedebat dirissima servitus: apparuit in ligno Dominus; visionemque magnam vocat Moyses, quod ut singulari videtur quippe nil ultra videri potest, in tam insigni miraculo, quam, quia Dominus iam in infelici ligno, genus totum accipere libertatem, ibi unde dirissimam patiebatur servitatem. Patraturus sanè mira, ut visio esset uti nova, magna: equidem magnum & novum, quod unde servitutis infelicitas, faulè penderet forens nostra libertas. Graphice Prudentius in *Catemerin.* v. 605.

Virtute Christi felix crucis infelicitas. Vers. 8.

Libertas est servitutis.

Prudent.

Quid signi Thau, & Crux ansata?

Imago qualis & quomodo sum?

Populus sanguinis inclyti Maiorum meritis tatus & impotens, Suetus sub dominis vivere barbaris, Iam liber sequitur longa per arva.

Iam enim libere graditur mundus, cui dominabatur crudeliter Barbarus: igitur Christo in cruce viso, à qua pendeat nostra liberatio; claruit per infelicem truncum, felicem crucem, totius mundi figuratam redemptionem.

3. Olim apud Ægyptios celeberrimus character Tauticus, tanquam vitæ futuræ symbolum, uti notat Rufinus lib. 11. cap. 29. de quo Nos latè Tom. 6. T. 1. Figura illius erat sphaera, seu circuli serpentem continentis, uti describit Athanas. Kircher. in *Obelise. Pamph.* lib. 2. cap. 6. Post signum crucis sub circulo collocatum; quod vocabatur *Ansata Crux*: denique signum crucis haud sub circulo, sed super sphaeram, habens sub se serpentem, qui prius amplectebatur universum orbem, de quo fusè ibid. lib. 4. *Hierogrammatism.* 20. Totum desumptum ex Arabe Abenephio, designante, quomodo huiusmodi signum salutare vitæ venturæ ad Ægyptios descenderit ad Adamo. Pro nunc ergo, ac in praesens propositum adequatum emblemata, ut rutilat crucis gratia. Circulus mundum signat, ac serpens diabolum notat, in cuius figura Protoparentes decepti, & se in orbem introduxerunt: additurque crux, tanquam symbolum vitæ venturæ felicitatis, ac in vitulentiam efficacis medicaminis; equi-

equidem si in medio orbis dominabatur tartaricus serpens, quia ligno vigebat hominum infelicitas; lignum affuit, ut princeps mundi eijceretur foras; iacuit enim per lignum, qui per lignum exeret in universo trophaum: igitur subivit iugum, ubi exaltaverat caput. Dominabatur, quando crux sub mundi sphaera, quippe habitata ut ignominia; illique probrum, dum super orbem exaltatum lignum; ut que erat ignominia, homini constaret gloria; quandoquidem gloria ligno adhibebatur, si per quod ille mundum vicerat, insigniter vinceretur. Videbat Adamus lignum, quo corruit genus humanum & simul serpentem innotatum in mundum; signo crucis calcato, quippe sub mundo. In hoc signo, signo vitæ futuræ latebat vitalitas, quoniam ab arbore infelici sanè ventura libertas. Quia signum iacebat, formem miseram plorabat; ceterum spem vitæ instaurandæ fovebat; igitur tunc adempturus & vitam & libertatem, ubi crux imponeretur super universum orbem. *Per crucem vis signatur diffusiva per totum orbem:* ait Kircher. quò sup. *Hierogrammat.* 10. & Hermes Trismegistus, in *Tabul. Smaragd.* subdit: *Quod est supra est sicut quod est infra.* Verum quoad figuram, sed non quoad gloriam: equidem cum per crucem mundum impetraturus & vitam & libertatem; lignum à mundo despectum infra, mundi splendor, quando supra: patuit gloria: igitur per Christum Redemptorem exaltatum, traxit ad se totum mundum. Sine reflexione dicit Seneca, lib. 1. de Ira, cap. 12. *Abominandum remedium genus est, sanitatem debere morbo.* Errat. Haud haberemus tantum ac talem Salvatorem, ni amississemus salutem. *Maius est, reparare perditam, quam illa servare:* inquit Chrysolog. serm. 97. Summa fuit charitatis cogitatio, salutem debere morbo: equidem Christus ab homine virus expulit, per quod venenum diabolus introduxit, ut sub arbore malo suscitaret, sub quo Protoplastus corruit.

In cruci exaltatione libertas generis humani.

Kircher. Trismeg.

Senec.

Chrysolog.

Tertull.

Num. 1. 9.

penditur serpens lignentis, sed areus? Ex qualibet materia, serpentis quibat efformari figura. Sanè, verum si ex are, lucebat magis ac magis industria suspensa in cruce, mira patrantis in ligno, quod deservierat opprobrio: quandoquidem maioris miraculi notabile specimen, morbo debere salutem. *Nihil usque adeo à serpentina lapsi noxiom, quam ex attingere, aut solum intueri:* ait Iacobus Gaffarellus, in *Curiositatib. inaudit.* cap. 6. n. 7. iubeaturque pro figura crucis erigi non serpens ligneus, sed areus; ut clareat hominis faucij per Christum mirifica salus: equidem mirum, dum pravalebat venenum, constitui vulnerum medicamenta, per quæ gravabantur vulnera. Quisquis serpentis patitur morsum; in are, quam in serpente, habet praesentius venenum: ex areque fit antidotus, ut constat singularis curationis modus: igitur singulare, colubro totam mafam generis inflicientes; quod homines sanarentur, quo percussus moriebantur. *Cum percussus aspicerent, sanabantur.* Opus profecto novum per oppositum effectum, non solum quia in actu oculorum salus, ut expelleretur virus; sed ut mirabilis appareret, cum mortiferos levaret: igitur are viso in actu oculi valebant, qui pridem laesi, duntaxat aspicientes interibant. *Pro signo* ergo huiusmodi serpens in ligno suspenditur, & elevatus in salutem aspicitur; *quia sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto,* ita Christus cruce exaltatus in calvario, Opus faequam insigne, & cum modo singulari, ut inastimabilis fulgeret causa, qua in vulnere cogitata medicina: equidem donum homini inextimabile, adinstat serpentis Christo collocato in cruce; quòd illi fauciatu occurreret salus sub eadem ipsa figura, qua in paradiso percussus. Serpens momordit, & virulentus ruit; sed non corruit, quippe mirificè preparata medicina in interentis venena; ingenio amoris & studio charitatis: igitur summum amoris studium, dum in hominis salutem Deus misit in orbem Unigenitum; quòd inveniretur morbi virulenti salus, ubi contractus origine à protoparente morbus.

Gaffarel.

Mira facta à Christo in cruce, in opere, modo, & causa.

Ioan. 2. 14.

5. Diximus, Tom. 4. Taut. 3. D. 2. n. 13. aliqua de sicca Indica, sed in propositum nostrum occurrunt mirifica poma. *Granata inventa sunt poma* (ait Ioan. Nider, in *Formicar.* lib. 4. cap. 6. & Gaffarell. quò dudum, cap. 5. n. 3.) *que quocunque modo secta imaginem Crucifixi exhibuerunt.*

Nider. Poma mirifica.

rant. Tunc ob rebellem Iudæorum cervicem ibi degentium, quibus Deus crucifixus semper scandalum, apparuit signum medicamentis in primææ vulnus prævaricationis. Intinè Dominum pupugit quod fraude diaboli, homo tunc gratis donatus inimicè crederet, hostiæ maligno vulneratus succumberet: sed quia cognovit signum, ne supplantator haberet de confortio prævaricatoris solatium; miseris ad hominem percussum accessit, ut qui diaboli versutia ætus in culpam, contra divinum propositum non periret. Quid ergo in salutem consiluit? Ipse lignum tunc notavit. *Deus cuius natura bonitas, cuius opus misericordia est* (inquit Leo Papa, serm. 2. de Christi. nativitate.)

Leo Pap.

statim ut nos diaboliæ malignitas veneno sue mortificavit invidiæ; prædestinata renovandis mortalibus sue pietatis remedia, inter ipsa mundi primordia præsignavit. In primordio mundi? Senè. Pomo vetito

Crux Christi

si letum lebi, expulso toxici, serpentis serpeni.
Ubi supr.

gustato, primus homo cum toto genere corruit: faucibus lacuit, æger doluit; medicamenque & salutem à Conditore quaesivit: ipseque lignum, ex quo natura venenam; signo crucis tunc notavit; ut remedium dato tempore exhiberet: equidem tunc perfecta salus ex originali morbo; quum filius Dei videretur crucifixus ipso in ligno. Ut humana natura tueret, ut serpens in paradysum ingressus est diabolus: ut illam elevaret, adimitur serpentis in ligno exaltatus est Christus. Oculis horret formam, saltem à diabolo assumptam; & nulla ne congruentior, ut destrueretur penitus supplantationis impulsor: arbor opponitur arbori, serpensque serpenti; quia Christus in ligno crucis fuit serpenti virtulento, quod serpens homini primo in delicijs paradisi collocato. Ex opprobrio ligni Assertor perficit laudem, ut silentiosè destrueret inimicum & ultorem. Alibi dixi ex Alcimo Avit. libr. 3. Geneleos. vers. 16.

Alc. Avit.

Quosque aluit misero fallax insania pomo Vestivit folio: & quos sava ex arbore nudos
Reddidit, hoc gratius tenui de cortice texti.

Et tamen adveniet tempus, cum crimina ligni
Per lignam sanet, purgetque novissimus Adam,
Materiamque ipsam faciat medicamina vitæ, Aureus ex alta cum pendens arbore serpens
Serpentis veteres morsus, atque omne venenum.

Eluet, & veterem perimet sua formâ aræ conem.

Tunc etiam in vitam letho delebere letum.
Tunc Dens in fructu signavit: quod post benignus ostendit. Unde cum exhibere vellet in salutis solatium, efficacè præstantissimè signum; poma mali cruce ornatur, medicinaque exponitur: quandoquidem genus humanum impetratum salutem cum videret in pomo crucis imaginem. Oblabat amori tempus; & creditur pignus signo nobili pro salute ac libertate, ex ipsa materia factò medicamine vitæ: signaturque Crucifixi imagine pomum, ut claresceret quomodo lignum in paradiso signatum: igitur in pomo apparuit effigies, qua medicina originariæ labis.

A principio lapsus humane nature, crux illius massi rudiat sen lamen.

6 Ita igitur mater Eva seducta, sed ita in vitam ingeniosè revocata. *Sub arbore malo* (dicit Christus Sponsa, humana natura) *suscitavit. Ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Vide dicta, tom. 2. Tautol. 5. Didasc. 9. à num. 22. Per pomum & violata & corrupta. Unde Tertullian, in sua *Genes. v. 97.* incinir:

Cant. 8. 9.

Quis poma dedit noxalia vobis? Acepi fallente dolo, blandoque rogatu; Nam sua viperæ intrens verba venentis, Tertullian
Hæc mihi præ cunctis narravit dulcia pomis.

Sub arbore malo genitrix Sponsæ pomum comedit, cuius esu se suosque suffocavit; antequam parturiret. Quare Alapide hic in sensu 1. subdit: *O sponsa, moriens ego in ligno crucis, te à morte suscitavi; eò quòd in ligno antistropho pomi vetiti, à Alapide serpente corrupta fuit mater Eva, qua in te, dum te genuit, peccatum originale quasi naturali propagine transmisit.* Crimini ergo facta satisfactio, servitutis redemptio, pharmacum morbo, cadaveri suscitatio. A Domino factum est illud, quod sanè mirabile in oculis nostris. Verum quare dicitur lignum crucis (ex quo rota felicitas hominis) ipsumque lignum, unde natura venenum? Speciali amore & artificio mirabili Deus intendit erigere seductum hominem, ac superare seductorem demonem: crucisque lignum dicitur ipsum lignum ex quo malum: quoniam in malo signum libertatis scriptum: igitur in eodem ligno è morte nanciscenda resurrectio, unde de toti natura lethalis in mortem provenerat ægritudo.

Ille è mortis resurrectio, unde provenerat ægritudo.

Hæc vetiti ligni poma tulere boni.
Canit Venant. Fortunat. de *Cruc.* Hymn.

Venant.

Genes. 2. 9. 7. etenim cum lignum esset boni & mali humana felici & infelici naturæ; ibi bona adepta. Sponsa, quæ amiserat mater Eva. Ibi lyerum libertatis, ubi pondus servitutis: ibi medicamen venenatæ plagæ, ubi virus haustum cordi: ibi salus; ubi vulnus: ibi vita, ubi precepta. Ubi mors valuit, vitæ prævalente obtuluit. Absorpta est mors in victoria: equidem venustus floruit restauratæ integritatis, ibi ubi principium totius originalis corruptionis. Idem ibid.

Virtus celsa Crucis totum rectè occupat orbem:

Hæc quoniam mundi perdita cuncta refert.

7 Excerpta accipe ex Angulino, de Tempor. serm. 130. *Crux totius est causa nostre felicitatis ac beatitudinis. A cæcitate liberavit erroris, & facta origo salutis. Sedentes in tenebris illuminavit, Deo reconciliavit, à diabolo eripuit, à peccato eruit, in paradysum restituit, ianua cæli aperuit, in patriam reduxit, domum redonavit.thesaurus est omnium bonorum, apotheca cunctarum felicitatum, donorum abunda largitio, discorata amputatio, pacis concessio, demonum expulso; mortis confusio. Crux vitæ, & mors subversiva est. Crux fixa, & mors superata. Crux exaltata, qua universa mirabilia: igitur princeps huius mundi victus, foras electus, homo solutus, atque Deus glorificatus. Cuncta sanè magna: ceterum fulgent maiora; quòd ibi ubi, & quo corruit, homo miro artificio resurgeret: ibi ubi, & quo præcepta fatua natura perdidit, summam felicitatem inveniret: salutem, quietem, æternam beatitudinem, exultationem insignem; dum confect ab illo confecta infensissimum hostem, ridentem ridens, de irrisione gestiens, ut in victorie trophæum numeraret etiam victorie instrumentum, atque mirabile modum: diciturque natura humana insigniter erecta, ubi infelicitè lapsa; ibi vitæ restituta, sub ipsa arbore, qua mortua; pomo integra, quo corrupta; quippequam tantitriumpho gloriæ aliquid subtrahebatur, ni ibi ubi, quo & per quam vicerat, inimicus generis vinceretur.*

Quanta in Cruce boni Augustin.

ribus conferendus cadaveri vitalis halitus) ut convalesceret cor, sine dolo dicit *tunc;* quippe decrepto pomo prævaricationis, ibi posuit signum cracis: & nullum efficacius in vulneris originarij salutem, quam in pomo videre crucifixi Sponsi imaginem. Fictum à Poëtis Acontium voluic conciliare amorem Cydippæ, speciositate cuiusdam pretiosi pomi; quo scriptis ampliciores flammæ, quam literas. Unde apud Ovidium *Epi. 19.* inquit:

Crux nota arboris, in qua peccavit Adam.

Sed neque compræibus, nec me compesce catenis,
Servabor firmo vincitibus amore tui.

Hoc quod amor inquit, scriptum est, iniuria nostra:

Ovid.

Assumpsit vires, auctaque flamma mora est. Te mihi compositis, si quid tamen egimus arte,

Abrinxit verbis ingeniosus amor.
Capta est illa dolo, latitante specioso in malo malo; unde quod sibi videbatur honor, apparuit vulnus & languor.

Mittitur ante pedes pomum cum carmine tali:

Idem.

Hæc mihi iuravi nunc quoque penè tibi. Sustulit hoc nutrix, mirataque, Perlege, dixit:

Insidias legi, magne poëta, tuas. Concidimus macie, color est in sanguine, qualem

In pomo refero mente fuisse tuo.

Pomis olim conciliabatur coniugium, quoniam amoris hieroglyphicon pomum. *Malo me Galatea petis:* accinit Virgil. *Eclog. 3. v. 64.* Ideo malis ornata, picta Venus; ut afruit Vinc. Chartar. de *Imagin. fol. 343.* Pier. Valerian. *lib. 54. cap. 14.* Etiam Cupidines colligentes, decertantesque pomis, Philostrat. in *Iconib. Theocrit. Edyl. 5. v. 87.* Unde apud Persas mos Sponsis edere tantum mala in die nuptiarum; uti refert Strab. *lib. 15.* Nec extra sacra ritus: quandoquidem Sponsa coniugium optans, exclamat, Cant. 2. 5. *Falcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Languit ex pomo Cydippe, conditione fragili. Quousque in malo rescriberetur medicina, minime saluti restituenda, nec Sponsa nominanda: ipsumque pomum rescribitur in deponationis fidem, ut in rescripto, quæ infirma, saltem haberet solamen.

Mali amoris symbolum.

Quid, nisi quod cupio me iam coniungere tecum,

Cant. 2. 5.

Resat? Ut adscripta litera nostra, Vale. Ovid.

9 Fabula, seu verum canitur? Habet in falso de vero fabula notam. Sibi eam per

per gratiam iunxit Conditor humanam conditionem, quam muneribus eximijs illustravit in plenam felicitatem, collocans in horto deliciarum, quippe illi delicia morari cum filijs hominum. Vidit in paradiso invidus, qui fuerat in celo & perdidit & inquietus; autumansque prelagus fragilitatem, in pomo specie pulcherrimo fallax struxit supplantationem. *Litera Cydippen pomo perlata fesehit.* Vulneravit, cui pomum obtulit, à consortio Deitatis avertit, at felicem risis; eo lætor, quia deformaverat, quam amat Conditor. Languit vulnerata natura, sed non languit auctoris benevolentia: equidem notans lignum, in salutis pharmacum, scripsit pomum; ut hostis corrueret ibi ubi & quo de fraude exultavit, vidus scripti pomi salutifero ingenio, qui supplantaverat pomo: igitur sub arbore ipso, à qua lethiferum vulnus, accepta ab amato prestantissima salus. Morulas quas in levamen protraherat tarda pernicitas temporis, adstrinxit verbis nobile ingenium amoris, tacentis quando reparanda conditio; sed dicentis, aliquando: nimirum cum eligeretur in Sponsam, quæ à se devierat per originariam culpam: & quod amore notavit, pomum scripsit; ut saltem salutis lactaretur spe, cuius præ morte languebat cor: equidem cum valere non posset, quousque qui conditor in Sponsam assumeret; notâ ligni respiravit: vidit quippe naturæ lapsæ remedium, dum in pignus accepit pomum scriptum. Signaculum erat crux, salus generis, atque conciliatio interrupti culpæ amoris: scriptisque pomi lætificata est abundè, gestiente corde; qui in pomo legebat imaginem conditoris crucifixi, cuius signo firmanda amissa felicitas, & infidiatoris infirmada potestas.

Ergo fides innixa Deo trepidantis firmet pectora, & in vasto securi tempore tempus præsumat confisa Deo.

Noti Crucis invictæ signum, & confessio munit

Armatique Deo mentem, non quarimus arma

Corporis, & quanquam membris videamur inermes;

Arma tamen gerimus, quibus & sub pace ferena

Contra incorporeos animi decernimus hostes.

Succinit Paulin. Natal. 8. à v. 98. Ligni signum nobis scutum, constat inimico telum: è ligno egressus, & in ligno ipsomet

Idem. Dæmon ibi corrui, ubi vici.

Crux arma nostra.

Paulin.

victus: igitur eiectus ut ureceret in flammam, unde egressus est in noxam.

10 Illustrem contemplerur allegoriam. Post naufragium cum congregasset Paulus (in Melita) *sarmentorum aliquam multitudinem & imposuisset super ignem; vipera à calore cum processisset, inuasit manum eius: & ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est.* En perpicuum speculum originariæ luis, & etiam pœnæ Adam prævaricantis; Christi que patet trophæum, natâ victoriâ, per lignum. Latebat serpens in ligno, quia in ligno vicit, & Adamum, posterosque post naufragium protoparentis momordit: sed venit in ignem, ut articulus gloriosum per lignum ostenderet Redemptorem, qui ingenio amoris destruxit versutum fraudis: equidem si serpens è ligno prodijt, in ipsomet ligno perijt. In serpente erat morsus & simul in mortu virus. Iam in homine non venenum, etsi originarie mortuus: quippequam si in ligno serpens originale peccatum: est abolitum per lignum. Quousque expulsus serpens, in ligno præparata vasa mortis. Lignum haud erat lethale, nisi inharerent serpente. Christum morte serpens incaute momordit, sed non infecit; quippe nullum peccatum in carne virgine, licet de carne peccati: quapropter serpente expulit, illico ut illum momordit, partâ salutem unde manavit mors homini: igitur serpente expulso, iam lignum sine veneno. A ligno serpens avulsus, in ignem ex ligno eiectus. Exprimat in articulo vorax ignivoma flamma, quomodo & arte serpentis antiqui torrebantur viscera: equidem cum videret morte Christi lignum salutis, quod fuit principium inolecentis languoris; non tantum clades præcordia putrida urebat, sed magis quod ibi ustus, ubi veneno naturam corruerat. Audax adorsus est innocentem, quem expertem cogitavit debitorum. Voluit Christus acceptare è serpente mortis morsum, ut ab hominibus illius prævalens removeret venenum; qui quidem morsus haud ingeretur ab arte dæmonis, ni tantum cogitaret formam hominis: serpenteque morsu expellitur, ustusque rumpitur; quippe se vidit per lignum notum & ignotum, exulem, ibi ubi & quo ingressus erat in orbem.

11 Prævum serpentis propositum incumbebat in malignitatem, hominis in-tuens honorem; ne ab hoc eiusque posteris occuparentur in celo throni, à queis iurè Angeli deterreres dextra Excessi sumi.

A Dor. 23. v. 3.

Ex ligno dæmon prodijt & in ligno perijt.

Unde rabies dæmonis ex ligno crucis.

Arator.

minat. In paradiso nactus est fructu ligni, quicquid diabolice aptaverat intentioni. Ignoravit à Conditore lignum notatum, ut malignitatis annihilaret propositum. Filium Dei in forma hominis audenter momordit, & tunc ille venenum ac serpente in ignem expulit, ustis serpente ac fremente, ex arte ingeniosi triumphii: quandoquidem per ipsomet lignum clausum respexit barathrum, per quod ille malignanter fraude præcluserat cælum. Aliqua acumina signat Arator hic lib. 2. à vers. 1187.

Cui vipera fixit

Dæmonis arma ferens surgentibus obvia

flammis,

Antiqua spiritus manum, gelidæque veneni

Vulnus in igne dedit. Quid adhuc malè noxia serpens

A Domino revocare cupis, veteresque rapinas

In legis novitate paras? Quid mortis amatrix,

Cuius es ipsi parens, instauras bella redevptiit

Prædo venis, sed præda iaces: lethumque ministrans

Arboris alterni consumeris improba ramis,

Postque crucem Christi mors est tibi portio ligni.

Et divina probant: digito nam bestia pœnâ dens

Excutitur proicta rogis: bonè reddita flamma

Quam dedit ipsa prius, quæ culpa protulit ignem,

Unde gehenna calet. Glacies tepescit veneni

Solvitur in cineres: gelidæque superbia pestis

Ex ardore perit: focus hinc rapidique vapores

Non solitas vires capiant: atque arida secum

Nutrimenta ferunt; sed tu modo decoquis anguem, &c.

Carmina longa, sed aurea: equidem serpente ustis, fructu ligni iam pretioso, mutato in salutem veneno, claruit consilio Dæmonis & felicitas hominis.

12 Floruit ergo lignum in Calvario, quod aruerat in deliciarum horto; ut dilatatis folijs, novis floribus, singulari fructu dum micaret, sub umbra illius, quem desideraverat natura lapsa atque lapsa fenderet. *Crux Christi omnino restoruit* (ait Bernard. Epist. 109.) *& nunc quasi de novo lignum, in quo pependit Dominus gloriose.*

Bernard.

ria; qui mortuus est non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Ipse ipse collegit, qui diligit tanquam visera sua, tanquam fructum pretiosissimum crucis, tanquam dignissimam recompensationem effusi sanguinis. Hinc Christi in ligno triumphus mundi salus, atque mortis antidotus: at hoc late alias, maxime Tom. 6. T. 1. Annuncians inter Genes studia eius, qui pro nobis tradidit semetipsum in mortem, ut illam destrueret, & mortuos vivificaret. Respice in faciem Christi tui: & ut canit Paulinus, Natal. 9. v. 284.

Cerne Deum non pro velatum corpore Christi sum.

Sed cruce dulcis item, quia protulit arbore vitam.

Vita Deus noster ligno mea vita pependit, Pauline

Ut staret mea vita Deo. Quid vita pendam

Pro vita tibi, Christe?

Christi ad cruce triumphus.

DIDASCALIA II.

Vehementia Christi amoris, ex vite crucis transitus in cruce vitis.

1 **E**Xcessibus gaudet amor, & quæ si flamma semper petit summa. Legem nescit, quietem odit: quandoquidem si excessus demonstrationum illi uti sedes disponitur;

In nulla sede moratur.

Vide Ovid. 3. de Art. v. 436. Lucan. 1. Pharsal. v. 144. & Othon. Vanium, Amor. Emblem. 48. Claret in Christo eximia vehemens dilectio, dum præ amore in homines rursus apparuit in Crucis ligno. Cùm Iudæus Deus crucifixus sit scandalum, quidam Hebræus iuxta Toletum ad verbum expavit, illustrissimam illam sedem ann. 1412. D. D. Sanctio de Roxas omnibus numeris, ac præclarè moderante. In incredulam invehitur prædicantium veritas, sed magis Hebræi duri cordis insillibat pertinacitas; dum negare ingratus debita amor cogitavit, ex quo plus conditori ac Redemptori debuit: fovit enim pectoris ingratitudinem considerare Christum eximie benefactorem: metuebat tur gratiam Redemptionis corde pusillo humano; & eliminavit fidei amoris fidem beneficij magnitudo. Intus pulsabat, seu

Ovid.

Amor Christi de maioribus in maiora procedit.

Z

poa

Historia imaginis Christi à vite formati ea liris, in consuetudine cuiusdam Hebraei.

potius mentem urgebat denunciata veritas, illamque expellebat furda cordis pervicacitas. Induravit faciem suam supra petram, & pectus silex istibus duntaxat irae eliciebat scintillam. Haud evellere quibat à corde, quod ebiberat in lacte. Dicit quic, ex Aratore lib. 1. in Act. Apostol. à v. 261.

Iudaea rebellis, Quae crimine duro saxea semper eris.

Arator.

Res aperit quod causa gerit: gens nomen ab illo

Israel dicta tenet, qui bella reliquerat aeger,

Conatus certare Deo.

Ut depelleret Iudæam prementem cogitationem; tendit in vinea putamen, secum repetens: Deus crucifixus! Stolidum. Redemptor Israël in patibulo! Somnium. Digniora cogitanda de Deitate. Cuncta audita, nuge & nuge. Nisi videro non credam. Apæge cogitamen illudens mentem.

Crux ludæi scandalum.

O Bone Deus! O Christi pretiosissimum pectus, est amor iustus! Circumfulsit Iudæam aditum lux de caelo, fulgore fummo (instantis miraculi obsequio) ac inter splendorem figura sacra Redemptoris illius oculis apparuit, quæ mirè lucebat, ex ipsomet eformata palmitè, quem è vite amputare cogitabat. Aptius dicemus, quam Guilielm. Salustius apud Caspar. Dornavium in Amphitheatr. p. 1.

Guil. Saust.

Que tantum quavis superatur ab arbore forma

Illi fructus enim divinitus insinuando Per caules anime, vitalem spirituum vim recreat, & cerebri volitantes disecat umbras,

Attonitos refecit vultus, & languida corda.

2 Imago Crucifixi ex & in vite Hebræo dubitanti apparuit, & ad interiorè cordis illuminationem scientiæ claritatis Dei, illuxit in facie Christi Iesu; ita affabre perfectæ, ut omnimodâ symmetriâ corporis in cruce vitis appareret effigies cum coma, pilis & barba. Ex quo claret noticiâ in duplex obiter dubium: vimirum, an Christus cruce adstrictus penè nudus? Astruunt Ambrosius lib. 12. in Luc. Athanas. serm. de Passione. & cruce. Dom. Bonavent. Meditat. vit. Christ. cap. 78. Landolph. p. 2. Vit. Christ. alijque passim, cum Iust. Lips. lib. 2. de Cruce. cap. 7. exponentes illud Genes. 3. 22. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est: & illud Itai. 1. 6. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Negant Perezzius Benedictin. in Laur. Salmant. p. 1. quæst. de

An Christus omnino nudus in cruce suspensus?

Cruc. cap. 3. n. 76. Maria de Agreda, 2a p. Mystic. Civ. lib. 6. cap. 22. & Birgitta, lib. 1. Revelat. cap. 10. & 27. lib. 4. cap. 70. Secunda quæstio, an Christus tribus, vel quatuor clavis affixus fuerit stipiti Crucis? Quatuor, affirmant Rufin. lib. 1. Hist. cap. 8. Theodor. in PP. biffior. lib. 1. cap. 8. Gregor. Turonens. de Glor. Mart. cap. 6. Irenæus lib. 2. cap. 42. Petrus Molinæus, Notis ad Epist. Gregor. Nysseni, Pamell. Annot. 5. in Sermon. Cyprian. de Passione. Taubman. in Plaut. Mofellar. Act. 2. scen. 1. v. 12. Abulens. Paradox. 3. à cap. 7. Medina in 3. p. D. Thom. q. 46. art. 11. dub. ult. Tolet. in Ioann. 19. annot. 14. dub. 7. alijque videndi apud Lips. cit. cap. 9. & 10. & Rutil. Benzon. 1. p. Speculi, disp. 2. q. 3. dub. 2. Tribus tantum clavis Asserentem N. affixum fuisse Crucis, arbitratur Bonaventur. & Landolph. loc. cit. cap. 63. Nazianzen. Traged. de Christ. patiens. & Maria de Agreda. pref. n. 1384. Ex imagine Christi huic Hebræo mirabiliter oblata, & ad illius illustrationem extructa, clarè constat Redemptorem in cruce exaltatum penitus nudum, & simul tribus clavis affixum: neganti enim crediturum, ni uti crucifixus fuerat, Deum hominem videret; incongruum videretur illi apparere aliter, quam pependerat in cruce. Quam ergo per imaginem liqueat & corpus nudum & tribus clavis viti affixum; haud aliter in Calvario contigisse, iudicandum. Ergo proposito nostro.

An tribus, vel quatuor clavis affixus?

3 Hebræus fassus illicò Christum Deum & hominem, cuius in vite tuebatur imaginem: renatus est sacro fonte, florente ad reliquos fide; fauto pignore tanto Archiepiscopo Sanctio, de Vallisoleto nostro Monasterio egregiè ac præclarè benemerito: cuius quidem propensio in Religionem claruit, ubi nunus tanti momenti custodiendum benignissimè tribuit; quod sanè regium Monasterium, Congregationis Benedictinæ illusterrimum caput, augustius habet, quam accepit, ex ebena, constructâ cum gradibus argentea urnâ; igitur est diues metallorum pretiositas, amor nullas in obsequium reputavit expensas. Omnem substantiam domus suæ pro dilectione si dederit; quæ si nihil in maiorem & ampliorem venerationem despiciet. Fulger continuo cultu atque servitio, Monachorum flagrantissima dilectio. Acceperunt ergo signum: sed quid? Dicam aptius, quam Manilius, lib. 1. Astron. cap. 1. v. 46.

Imago custo ditur in Vallisoleto Monasterio Benedictinæ.

Taut

Manil.

Tunc qui templa sacris coluerunt omnia per eum. Dilectique sacerdotes in publica vota Officio luxere Deum; quibus ipsa potentis Numinis accendit castam præsentiam mentem: Inque Deum Deus ipsi tulit, patuitque ministris.

Fortunat.

Cognoscitur, unde maiora egerit amor: etenim si magnum, pro hominibus pependisse in vite Crucis; maius profectò pro Hebræo apparere in cruce vitis. Ad uaguem quadrat illud Venant. Honor. Fortunati, Hymn. 4. de Cruce, v. 9. Appensa est vitis inter tua brachia, de qua Dulcia sanguineo vina rubore fluunt. Ibi magnum perfectum, quippe vitis appensa inter Redemptoris brachia: hic verò maiora perfecta per Salvatorem; quia appensa sanè eius brachia inter mirabilem vitam.

Franc. Berge.

4 Ingeniosè picta lancea ex ligno arenti, quæ mirè floruit studio fixa telluri (adi symbola Austriac. Gentis, 4. p. Symbol. ult.) cum huiusmodi epigraphæ: Etiam maiora. Fructum primò tulit, post lignum aruit, ex quo lancea, quæ virescens surrexit in maiora: equidem si magnum, ex ligno arido pilum, aut telum; quo arefacientem industria contecerat inimicum: maius omnino, quod iam lancea, rutilaret vires folijs ac flore in ipsamet ariditate ligni. Hic scopus emblematis in præclara gestâ. Nostro ergo in instituto etiam maiora. Florebat in paradiso lignum, in signe scilicet, boni & mali. Ut vitæ fructus eius Adam primus homo corruit lignum aruit. Notavit lignum Dei Verbum in carne venturum, ex illoque lanceam eformavit, ut inimicum, qui arborem arefecerat, confoderet. Ita fecit, quæ sanè magna: verum restabant maiora: equidem ut Iudæam converteret, novo fructu lignum floruit, ferens Crucifixi imaginem, atque in corde pertinaci concilians expulsam fidem. Hinc Bernard. uti vidimus. Didasc. antec. num. 12. inquit: Crux Christi omnino resoruit: & nunc quasi de novo lignum, in quo pependit Dominus gloria; qui mortuus est non tantum pro gente, sed ut filius Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Vigilanti verbo usus est Bernardus. Haud dixit: Floruit, sed resoruit de novo lignum, quippe habemus & fructum & lignum novum: equidem primò floruerat in Calvario, quod pridem aruerat in paradiso: modoque resoruit fructu novo; igitur quam vide-

Excellentia miraculi.

Bernard.

Quomodo in hac cruce lignum crucis resoruit?

Tom. V.

bat Hebræus vitam, tulit Crucifixi imaginem.

Ramos, silicia poma ferentes, Brachia compescit: fisso modò cortice, lignum

Ovid.

Inserit, & succo alieno præstat alumno. Dicit etiam aliò, Ovid. 14. Metam. fab. 16. Alia contemplerur.

5 Narrat Pausanias in Phocis, seu cap. 156. originem ibi primæ vitis haccine fictione. Orestheo (inquit) Deucalionis filio, regnum in hac regione obtinente, sua Canis pro catulo lignum peperit; id cum Orestheus desolasset, vere appetente, vitem ex ea materia etiam, tradunt. Meliore luce somnium donandum; igitur videmus vitem novo flore, fronde & germine, nam tam è partu ligni, antiqui draconis, canis rabidi. Quod ex arbore viridi lignum admisit ariditatem, lumina mirata ac venerata sunt vitem, destructa formâ à dæmone accepta: quandoquidem novum protulit vitis suavissimæ fructum, quod lignum aridum. In sacra pagina, uti veritas effulgurabit prodigium. Ego quasi vitis fructificavi suavitate odoris (dicit per Sirachum Sapientia incarnata) & flores mei fructus honoris & honestatis, Figurin. & Maluend. Fructus gloria & divitiarum. Cuncta proposito consona. Quid per hanc vitem (inquit hic Hraban. Maurus) nisi ipse exprimitur, qui in Evangelio dicit: Ego sum vitis vera? Fructificat Christus vitis; sed ut singularis, pro fructu exponit suavitatem odoris. Quorsum ergo odor vitis exponitur, quum fructus vitis ostenditur; maxime cum odoris suavitatis non sit vitis fructus, sed fructus vel floris effectus? Quia qui in vite crucis fecit, quippe potens magna; in cruce vitis facturus sanè maiora: igitur cum fructus vitis non vitis fructus, sed ipse, in vitis odore, aspectu, conditione, ac qualitate; ut miraculum nostrum constaret, vitis duntaxat odorem dixit: equidem in vite fructum videmus imaginem Redemptoris, & tantum odorem vitis. Perspicuus patet. Vitis fructificavit. At fructus vitis istiusce qualis? Fructus honoris. Hinc gloria singularis vitis proventum: per honorem notatur cordium venerationum cultus: fructumque huius vitis contemplantur verè honorem; quia colimus illa in vite crucifixi Dei imaginem. Fructus est honoris, honestatis, divitiarum, opumque celestium: etenim Monasterio angusto gloria (inter tot præclara insignia) pretios-

Pausan. Orig. vitis apud Græcos.

Eccl. 24. 23.

Figurina

Hraban.

Fructus Iddæe vitis quomodo est fructus boni noris?

Zz

hoc

stor omni orbis pretioficate; Christi imago de caelo figurata in ipsa vite. Priusquam ferius rem tractemus, miraculum comprobabimus.

6 Dixi de Imagine Iovis è vite fabricata, Tom. 3. Tautol. 4. numer. 9. De pomis novis Graecis, num. 5. Didascal. precedentis. Imaginem lætitiæ, sub Bacchi nomine feri ab Ethnicis è vite, asserit Pier. Valer. lib. 53. cap. 18. & 33. Nosque die 2. Sept. in Ephemer. Speciale illorum studium in Magnæ matris, seu Deorum, imagine, sub titulo Opis & Rheæ, uti observat Natal. Comes, lib. 9. cap. 5. Mytholog. & Pier. loc. cit. Eius effigiem è vite facere solebant: Emanavit ritus ab Argonautis: de quibus, quia irata Deorum mater, Argulque placavit, asserit Orpheus, v. 605.

Qui pius obliqua intortum cum cortice ranum Et ferro arentem vitem præcidit acuto, Effigiemque sacram, sæclis monumenta daturam

Ornibus, egregiè fixit, formavit & arte, Reginaque aram sculpto de marmore struxit;

In propositum nostrum, mutato cultu, nil aptius; igitur quod fictum, videmus & fasulè verum.

7 Ex fictitijs in artificialia transeundum. Missi ad Pompeium (ait Ioseph lib. 14. Antiq. cap. 5.) insigne donum Aristobolus, vitem scilicet auream D. talentorum. Meminit huius muneris etiam Strabo Cappadox. Vitis, quod opus Græcè Terpole, id est, delectamentum vocabatur. Hoc donum vidimus etiam nos Romæ dedicatum in Iovis Capitolini templo. Feliciores sumus. Non imago vitis rutilat in templo Summi, Opt. Max. Iovis; sed Imago Dei in ligno fecundo vitis. Lanna templi Hierosolymitani (subdit idem ibid lib. 15. cap. 14.) ipsi templo par, & superliminare aulæ variegatis ornabatur, floribus purpureis distinctis, & habentibus columnas intextas, sub quarum capitibus vitis expandebatur aurea, dependentibus botryonibus; mirandum sanè opus, tam manus, quam materiae pretio. Nostra vitis super aurum & topazion. Super aurum & lapidem pretiosum multum; dulcior super mel & favum: igitur non artis opus, sed mirabilior & pretio inellaborabilis materiae, & præstantiæ manus superioris artificis. Zelus Domini exercituum fecit hoc, ingresso Hebræo in templum per ianuam

fidei; cuius stabilitate, videretur vitis frondosa Israël, Deus scilicet Deorum; distinctis in illa purpureis floribus vulnecum. Cælum te dicam: nam quot caelo astra resurgunt,

8 Mirabilia etiam à natura efformata, referenda. Mittunt iam ad nos (inquit Ioan. Terrentius Lynceus, in Theaur. rer. medicar. Nova Hispan. vel Nardus Anton. Recchus, ex Franc. Hernandez, Medic. Mexicano, lib. 10. cap. 9.) Philippica insula mira artificum opera, & spectanda alia, quæ spontè profert natura. Verùm præter ceteras omnium generum gemmas, ostendit nobis inter alias nauclenas quandam, casu, ut opinor repertam, crystallinâ formâ, candidâ & translucidâ; sed in cuius medio Agnus cyanei coloris (Hispanicè, Turquesado) cruce gemens humeris, mirando nature opificio: nisi bisce eventis præ sagire iam fas est, celeste Evangelij præconium ad eas oras penetraturum. Ex huiusmodi pictura affabrè à natura quasi catagrapho, seu adumbratione delineata, efformatum Symbolum insigne Crucis cum Agno Dei, vite ac spicis, cuius lemma, Quid fecundius? Adi Octavianum Strada, Eucharist. Symbol. 3. Crucis, symbol. 1. quo in loco Iacob. Typotus subdit: Impressus magis, quam expressus amor. Servatoris. Aptè pro miraculo nostro, symboli & naturæ opus; siquidem hac vite nihil fecundius. Quid ergo, quàm hic Agni Dei pendeat è viticula imago? Amor Christi omninò eximius, in vite micat & expressus & impressus: expressus demonstratione, impressus in vite singulari portento; quandoquidem eius ibi figurat imago. Aliquod micat discernimen, sed in amplioem erga nos Christi charitatis expressionem; dum ibi vitis crucis à Christo, Agno Dei portatur, & hic in cruce vitis suspenditur: equidem portans exprimit dilectionem in cruce: suspendens autem charitatem in hominem. Marchioni Baudens est gemma, quæ quancunq; vertetur, imaginem Crucifixi semper præsentabat. Altruit Ioann. Nider. in Fonic. & Gaffarell. ubi infr. n. 3.

Et de purpureis collectæ vitibus vocæ. 8 Mirabilia etiam à natura efformata, referenda. Mittunt iam ad nos (inquit Ioan. Terrentius Lynceus, in Theaur. rer. medicar. Nova Hispan. vel Nardus Anton. Recchus, ex Franc. Hernandez, Medic. Mexicano, lib. 10. cap. 9.) Philippica insula mira artificum opera, & spectanda alia, quæ spontè profert natura. Verùm præter ceteras omnium generum gemmas, ostendit nobis inter alias nauclenas quandam, casu, ut opinor repertam, crystallinâ formâ, candidâ & translucidâ; sed in cuius medio Agnus cyanei coloris (Hispanicè, Turquesado) cruce gemens humeris, mirando nature opificio: nisi bisce eventis præ sagire iam fas est, celeste Evangelij præconium ad eas oras penetraturum. Ex huiusmodi pictura affabrè à natura quasi catagrapho, seu adumbratione delineata, efformatum Symbolum insigne Crucis cum Agno Dei, vite ac spicis, cuius lemma, Quid fecundius? Adi Octavianum Strada, Eucharist. Symbol. 3. Crucis, symbol. 1. quo in loco Iacob. Typotus subdit: Impressus magis, quam expressus amor. Servatoris. Aptè pro miraculo nostro, symboli & naturæ opus; siquidem hac vite nihil fecundius. Quid ergo, quàm hic Agni Dei pendeat è viticula imago? Amor Christi omninò eximius, in vite micat & expressus & impressus: expressus demonstratione, impressus in vite singulari portento; quandoquidem eius ibi figurat imago. Aliquod micat discernimen, sed in amplioem erga nos Christi charitatis expressionem; dum ibi vitis crucis à Christo, Agno Dei portatur, & hic in cruce vitis suspenditur: equidem portans exprimit dilectionem in cruce: suspendens autem charitatem in hominem. Marchioni Baudens est gemma, quæ quancunq; vertetur, imaginem Crucifixi semper præsentabat. Altruit Ioann. Nider. in Fonic. & Gaffarell. ubi infr. n. 3.

Spontè suâ profert hic vitis alma ranum.

Spontè suâ profert hic vitis alma ranum.

Spontè suâ profert hic vitis alma ranum.

Spontè suâ profert hic vitis alma ranum.

Spontè suâ profert hic vitis alma ranum.

Columel.

Ovid.

Recch. Aquis cum cruce in gemma.

Ostav. Strad.

Iacob Tyd poc.

Nider. Etia Christi sui crucifixi.

Pontan.

Ma.

9 Magis accedamus scopo, fixi mirabili exemplo: igitur ut fides huius miraculi firmaretur in aleccionem cordium, pridem quasi in graphide alterius viticulae delineatum. Vidi (inquit. Iacob Gaffarel. in Curiosit. inaad. cap. 5. n. 4.) palmitem tanta similitudine caput hominis referentem; ut & capilli in eo discerni possent: ceteris, ut fronte, auribus, naso, ore & mento, aliisque mirâ proportionè concordantibus. Miram profectò dicit naturæ ludibinem, vel arcanum sapientissimum errorem. Arbitror nostram sanequàm vidisse imaginem, dum caput describit; & non vidisse, quàm tantum depingit caput: etenim totius humani corporis præ se fert symmetricam perfectionem à planta pedis usque ad verticem capitis. Hoc est opus in catholicam fidem, quo dextera Domini fecit virtutem. Hoc Dominus fecit, quod lumina detinet orbis.

Crucius. Quod intendo nosmet obstupescimus. Mirum profectò, verum non mira admiratio: igitur Christi amoris ingenium ad inventionem crucis, miraculum alterius cogitavit inventionis. Lignum utique advenit ut superaret generis inimicum: lignum quoque, ut subigaret incredulum: lignum sicum, ut floribus germinaret: lignum etiam viride, ut simul resceret: lignum aridum crucis, ut fieret hominibus vitis; & lignum viride vitis, ut fieret crux imaginis Redemptoris. En Deus meus in carne & in cruce: ait Alapid. in Habac. 3. Carne in cruce apparuit in similitudinem hominum factus celestis betros. In cruce vitis aliam demonstravit inventionem; quia tantum humani corporis accepit similitudinem: equidem dum eius in vite videtur imago, habitu corporis invenitur ut homo.

10 Notas facite in populis adinventiones eius; monet fideles David. Inventio ligni crucis supponitur, & alia adinventio designatur. Quanam crucis inventio post inventionem crucis? Inventio crucis etiam in ligno vitis. Semper Christi amor maiora molitur; ut constet, hominem quanto amore prosequatur: & dum caro & crux nostræ fidei exponuntur, eius amoris adinventiones notantur; quia apparere primo cruce dignatus est in corpore carnis, & post in vite duntaxat similitudine corporis. Aliter in vite crucis, aliter in cruce vitis: ibi corpus, hic imago: notaque fit post inventionem inventio; quia in cruce corpore fronduit lignum aridum,

Differentia Christi amoris in vite crucis & in cruce vitis.

Alapid.

7. Paral. 16.

Miracula.

& in vite imagine exaruit viride lignum. Siccavi (inquit) lignum viride, & frore. Ezech. 17. dero feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum & feci. Sub metaphora vitis potentiam divinam virob palmicis & ariditate ostendit, & adinventiones mirabilium operum studiosè præ se tulit: igitur ex ligno crucis arido, cruore coporis pretioso, fecit in redemptionem mirabilem vicem, ac ex vite viridi mirabiliter pulchram sui corporis efformavit imaginem. Fructus arboris semper iuxta genus suum: Habens (dicitur) lignum sciens fructum, unumquodque sementem secundum speciem suam. Ex fructu crucis vitis & vitis crucis, clarent Verbi Dei incarnati singulares inventiones; quoniam fructus arborum non iuxta proprias species: igitur fructus ligni aridi caro Christi patientis, ligni autem viridis alma effigies Servatoris.

11 Clariùs. Utraque fructum & eundem tulit, aliter tamen & aliter. Lignum sicum corpus vivum quoad toram entitatem: lignum verò vivum quoad corporis duntaxat similitudinem. Perferretur. Diximus Didasc. antec. num. 6. lignum per Adami crimen sicum, fuisse pomum: lignum viride in imaginem, perspicuum est, fuisse vitem. Ad vitem spectabat producere, sed botrum producere; & malus uti arida nil poterat germinare: at si aliquid, uti malum: tantum producere pomum. Elucent mirifica adinventiones utriusque fructibus arboris: equidem si illarum mirabilis fructus, cum ultra proprium producitur genus; mirabilis in oculis nostris fructus vitis crucis, & crucis vitis: igitur in malo videmus botri pretiosi cruorem, & in vite pro pomo sanguinis effusi imaginem. Christus in cruce, radice peccati, dicitur floridus: hinc in cruce dicitur & per cruceum Nazarenus, quod floridum sonat, vel dum crux gravat. Marc. 16. 6. Ioann. 19. 19. Flos (unde spina, ait Propheta) de radice eius ascendet, Flos, unde spina, mirabilis fructus, quoniam citra proprium genus; radix notatur, ex qua malum producit; ut mirum portentum eluceat in inventionem: etenim signum mirabile, quod ex radice mali malus produceret florem, verum non iuxta radicem. Alia perferenda allegoria. Videamus (ait Sponfa) si floruit vinea: si floruerant mala punica. Quid ad mala punica vitis in vineis florida? Malo genata typus sunt Christi in cruce pendentes; rubentis sanguine ex sacris vulneribus: inquit Ghislerius hic.

Quia ultra proprias species.

181

Cant. 7. 13.

Ghisler. Quod

Varie imaginis è vite.

Orph.

Vitæx auro insignit. Ioseph.

Idem. Alia super limina e parte orientalis templi.

Ezech. 17.

Gen. 1. 12.

Fructus in a figur.

Quia ultra proprias species.

181

Cant. 7. 13.

Ghisler.

Quod videtur in argumento dissonum, nostrum lignum mortale. Accinit Venant. Fortunat. Hymn. *Cruc. 3.*
Crux benedicta nitet, Dominus qua carne pependit.
Atque cruore suo vulnera nostra lavit.
 13 De ariditate lignum transit in virorem: e contra vitis transit in ariditatem, ut non ferat fructum iuxta speciem suam, dum aliam perfert speciem, floridior sicitate. Quomodo possunt hæc fieri? *Promptuaria* Salvatoris potentissimæ charitatis omnino plena: *cruciantia ex hoc in illud.* Quid est illud, & quid hoc? Rab. Ionan: *De specie in speciem.* Maluend. *De genere in genus.* In vite, ex qua Salvatoris effigies, folget novitas eisdem & alterius conditionis. Non inclinavit vitem *ex hoc in hoc*, quippe tunc fructum ferret vitis iuxta genus suum. Dum fructus iuxta vitis conditionem, non esset de specie in aliam speciem, qua insignæ portentum sit: minimeque dicitur *Ex hoc in hoc* sed ut emineat miraculum, duntaxat *Ex hoc in illud*; quia ut species vitis alteram fructus ferret ad speciem, percutit in propria specie speciosam Christi imaginem. *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis? Nunquid tolletur de ea lignum, ut fiat opus?* Non homo, sed potens est Deus: igitur tulit lignum vitis in mirificum opus; quando ut putaret palmitem insedit appella manus.

12 Hæcine mirabilia facta, & antitypè pro ligno vite, & imagine. Ceterum quomodo possunt hæc fieri? An oportet mæli denuo? Exemplo sane mirifico. Per nativitem exprimitur cuiusque natura: si denuo nascitur, est ipsa; & quia nata denuo, est alia: igitur haud alio indigeret ortu, si in eadem eadem remaneret conditio. Expositio quaestionis Nicomedi demonstrat in ligno utroque, quomodo possunt hæc fieri: equidem ipsa sunt entitative, sed ut denuo nata, sunt sub alia conditione; quia contactu corporis Christi lignum aridum floruit, & ad eius effigiem viride lignum peraruit. Videamus quomodo, in similitudine proposita à Christo. *Nemo potest hæc signa facere que tu facis, nisi fuerit Deus cum eo*; locutus est Nicodemus: cui Assertor, *Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei*; concluditque subdens de futura crucis virtute *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* Quid sermo de cruce cum effectu baptismi, ut Nicodemus intelligat signa facta per futura signa? Magni profecto, ut miraculum comprobetur miraculo, & constet dubitanti, quomodo possunt hæc fieri. Baptisma est sacramentum mortuorum, quippe mortuis originali crimine hoccine conceditur sacramentum. Lignum crucis eodem piaculo infelix, erat duntaxat lignum; quippequam afflatu serpentis aridum. Christus signa fecerat magna; sed cogitabat amore maiora: exponitque Nicodemus baptismum, & simul crucis mysterium; quia sicut de morte ad vitam transit homo virtute baptismi, sic tactu sanguinis Christi

14 Lignum vitæ crux Christi plauditur, quod in medio Ecclesie paradisi constituitur. Unde placuit aliquibus, ut refert Reyes-Franco, in *Elys. camp.* quaest. 26. num. 6. vitis arboreni loco arboris vite nobis substituta; ut homo ex succo instauraret per agentia extrinseca amissam virtutem, cum haberet in illa caloris naturalis amicum fomitem. Canit etiam Nonnus, lib. 12. *Dyonisias. v. 293.* *Alius antiquior est sermo, ut olim terra in Cælitus fructiferum caeleste fluxit seruum.* Data Hebraeo incredulo crux, lignum vitæ, sicut cunctis in calvario, quam prosequeretur odio; quia illi videbatur impossibile Deum posse mori, & quod turpius, in ligno. Expulsus erat ab horto ligni vite, cuius essu vitalitatemquireret instaurare; quippe indicatus existit, qui non credit, ut in vita per fidem vita

fit; quia non credit in nomine Unigeniti filij Dei. Hebræus errabat mente, non corde. A cæcitate manabat incredulitas, haudquaquam à voluntaria incredulitate cæcitas, qua in æternum præcepseret. Misericordiam consecutus est, quia ignorans fecit: & pro vite ligno datum est lignum vitis; quia in ligno vitæ ex vitis ligno in animæ vitam, vidit stupens Redemptoris formam. Aqua, seu lachrymis vitis illuminatus, ut Longinus iuxta crucem aperuit oculos; & per speciem venerandæ, resurgentis imaginis, cognovit aliam esse speciem ita fructifera vitis. Alio propriissime Ovidius dixit, lib. 3. *Fastor. v. 760.*

Unde cruce lignum lignum vitæ

Psal. 145

Psal. 74

Inim. Christi pro fru. tu vitis.

Ezech. 15

Angel.

Reyes Franco.

Vitis data pro arbore vite.

Nonna.

Habac. 3. 27. 18.

Et imago ex vite in vitam.

Ovid.

Cur vitis gravida?

Augustin.

Ioan. 15. 1.

Unde Christus vera. & me. taphorica.

Habac. 3. 27. 18.

est gratia, vel miseria? Fructus inopia semper regioni calamitas, non felicitas. *Verberata g. anane vinea,* Horat. *Fundusque mendax.*
 Uti ait Horat. 3. *Carm. Od. 1. v. 29. & Ilias, 57. 4. Semen mendax.* Cur ergo defectus germinis in divite vinea crit Iesu Salvatoris spectatissima gratia? Nostrum prænuñciat articulum, vitis exponens defectum; quæ meliorem ornatura electam vineam, germen haudquaquam producens secundum speciem propriam; germenque non esse in vincis, quod videtur calamitas, summa ostenditur felicitas; quoniam gratia ultra votum, singulare miraculum, quod vitis abundans proprium haud producat germen, sed pro germine nativo germinet Salvatore. *Ganaabo* (lubdit hic, Sanctus, num. 155.) *in ipso nature, fortunaque ludibrio, cum Deus steterit, cuius potentiam summam & singularem providentiam experior.* Nobis enim taustum natura vitis ludibrium: equidem si germen vitis in botrum; per potentiam summam uberius gaudium, quam ex germine vitis, ex germine imaginis Salvatoris. *Non erit germen in vineis: sed non deerit singularis providentia, qua redeat faustè fortuna: equidem si tritius deficiente in vite botro, gaudeo in Iesu Domino Deo meo; quippe prætermittens germen, Dei mei spectabo effigiem.*

17 Eneclætius. Hebræus inficiabatur posse dici, esseque Mefsiam, qui in cruce ut fumeret, deposuerat animam. Hac cogitatione quæ putare intendit vitis palmitem, in vite defect germen, pro illo illic apparente Salvatoris imagine, potentia summà, singulari providentia: igitur cum novum germen, deficiens à vite stupefactus videret; Iesum in cruce vitis Deum suum, atque Dominum cognovit. En articulus Thomæ de Salvatore gloriâ dubitantis. Non credam: ait. *Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus eius; non credam.* Querebat anxie animam Thomæ, qui pretioso redemerat sanguine, est deficiente à fide. Unde cum præstet excellenter Christi amor, ubi magis animarum tenax error; ut perficiens errori acutum crederet, Thomæ dubitanti in carne gloriosa apparuit. Gloriosum credere nolebat, & Dominus meus, & Deus meus in se conversus exclamat. Ex apparitione Salvatoris gratiosa, Thomæ mirifice illuminata est anima: igitur illi

Horat.

Vitis illa prior pro proprio germine producenti imaginem Salvatoris.

Sanct.

Ioann. 20. 25.

Verf. 28. Per illud, imaginem Hebræus credidit Redemptorem.

Illic, qui in cruce passus est mortem; ut vidit, confessus est Deitatem. Thomas de gloria Messie in immortalitatem resurgens dubitavit: Hebraeus mortem Messie in cruce stipite non credit; verum apparente imagine, vulnera conspexit pro se ab avis crucifixi: & exultavit in Deo Iesu, in cruce suspensio prae nimio amore, deficiente in vite germinis, & a corde simul infidelitate; quippe continuo eius credidit Deitatem, cuius in cruce nec credebatur mortem. *Vinum mentitur eis:* ait Olesas pro conversione Hebraeorum. Felix profecto in vitibus infortunium: igitur summa fortuna, quod pro vino fecundi mentientis palmittis, in vite vinum flaret germanas virgines.

Ofce. 9. 2.

Paulan.

Fulgur & lignum.

Vitis que dicitur impara & infusa

Plin.

Ioann. 12. 32.

fic vel aliter potestas, ac effusus cuoris efficitur. Sanè, verum non erat in cruce. Tunc exaltatus, quum Deus cognitus. Intra Deitas laetabat; supra terram apparebat: dicitur totum mundum illotunc ad se converti, ex apparitione in cruce. Tunc omnes totius mundi gentes ad fidem & amorem sui traxit: subdit Cornelius. *Ad fidem & amorem:* Sanè per crucem, in qua dignabatur apparere facius, qui immortalis erat Deus; ut amor astrueretur fide, & fides ex singulari in cruce stipite apparitione: igitur singulare proflum, immortalis Deum quod cognoscerent per crucem; quem in cruce mori videbant uti mortalem. Si exaltatus, ad illum totus mundus trahendus. Sic & aliter Hebraeus incredulus ad illum tractus. Sic, quia ut vitis Christus ut traheret, exaltatus in populo crucis: aliter, quia hic exaltatus in palmitis vitis. Unde cum ex elevatione in ligno, cordium manaret conversio; Hebraeus illum Deum credidit toto corde, dum eius exaltatam imaginem vidit in vite.

Alapid.

Christi in apparitione dum mortali videtur, immortalis cognoscitur.

Leo P.

Leo P.

Greg. Mag.

20 O admirabilis potentia crucis! O ineffabilis gloria passionis! Traxisti Domine omnia ad te (ait Leo Pap. serm. 8. de Passione) cum in execrationem Iudaei sceleris, unam protulerunt omnia elementa sententiam. Ipsi enim nihil in crucifixo Domino prater facinus suum cogitare poterunt. Allipulatur Gregor. Magn. in Evangel. Homil. 10. Omnia quippe elementa Auctorem suum venisse testata sunt. Deum hunc caeli esse cognoverunt, quia protinus stellam miserant. Mare cognovit, quia sub pedibus eius se calcabile praeavit. Terra cognovit, quia eo moriente contremuit. Sol cognovit, quia lucis sua radios abscondit. Saxa & parietes cognoverunt, quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus agnovit, quia hos quos tenebat mortuos, reddidit: & tamen hunc quem Dominum omnia insensibilia elementa senserunt; adhuc infidelium Iudeorum coram Deum esse minimè cognoscunt: & duriora saxi scindi ad penitentiam nolunt. Cor huius ad penitentiam cognitione scinditur, & ad quem cognovit Redemptorem convertitur; illuminatis oculis eò quod effigies esset in palmitis vitis: igitur Christus hic exaltatur, dum in vite tanquam in cruce conspicitur; ut qui credit in eum non pereat, sed vitam aeternam habeat. Apparuit Christus in hac veneranda imagine,

Vitisque frondens germinis.

Augurell.

In hac amor Salvatoris expressus & impressus; ut per fidem videns caelitus efformatam imaginem, salvaretur, dum excusul cordis error, qui (ut canit Ovid. 14. Metamorph. Fab. 16.)

Ovid.

False data frondator erat, vitisque pulcherrima.

DIDASCALIA III.

Maria virgo singularis & varijs & miris modis.

DE Virginis Deiparae perfectione diximus plura in Expositione Literæ, modò aliquid delibandum de illius illibata fecunda maternitate. Egimus iam Tom. 2. T. 2. D. 12. Verum dicam cum Leone Magn. de Passione. serm. 11. Cum ipsa materia ex eo quod est infabilis, fandi tribuat facultatem: nec possit desiderare quod dicatur, dum nunquam potest satis esse quod dicitur. Quid ergo de illa dicendum, uti adequatum praeconium, quae tot expetita saeculis, tot praenunciata literis, tot concupita Angelis, tot praedicata Patribus, tot antedicta Gentibus, tot personata Vaticanis, tot delineata formulis, humani gloria generis? Fuit vir unus, dicitur de Christo; equidem solus praedicatur & creditur homo-Deus. Virgo sanè humana, & Dei praedicatur forma, & forma digna; ut astruit August. Tom. 10. serm. de Assumpt. & serm. 35. de Sancta. Ildephons. serm. 2. de Nativ. Virgin. Albert. Magn. in Postill. in cap. 11. Luc. & Ioann. Geometr. Hymn. 3. qui serm. de Annunciat. etiam ait: *Forma eius qui non habet formam.* Unde si Christus unus, quia in praefata perfectione solus; Virgo inter mulieres benedicta, unice una; quippe illa sola potita honore matris, & integritate virginis.

Nunquam sat in laude virginis. Leo Pap.

Gloria humani generis.

1. Reg. 1. 1. Virgo forma Dei.

Ioann. Geom.

Sedul.

Ecl. 7. 32.

Plant.

Sola fuit mulier. Canit Sedulius in Hymn. epanaleptic. v. 8. equidem est excelleret donis, fulgeret gratijs; tota & maior excellentia, quod esset sola. Pridem de millibus virum unum invenit Salomon: feminam nullam. Ex quo Poeta in Aulular. Act. 2. scen. 1. vers. 19. Optima nulla potest eligi: alia alia peior. Iam ergo invenitur perfecta inter feminas una; & eo commendabilior, quippe illa sola. Tom. V.

2 Una est columba mea, perfecta mea: Una est: ait Divinus Sponsus, quam quidem etiam foemina praedicantur felicem, atque inter se prae mulieribus pulchriorem. Marian. hic.

Ca. 6. 8.

Una columba mihi, mea sola & magna voluptas.

Marian.

Hæc sponsa est Virgo mater pulcherrima inter mulieres. Pulchra est foemina virgo, pulchra est foemina partu. Unde Ethnicus, 1. in Eutrop. v. 72. inquit.

Cur inter feminas pulcherrimæ

Retinet connubia partu. Uxorisque decus matris reverentia pensat. Deiparaque plauditur inter mulieres pulcherrima; quippe illi concessa gratia, quod cum reverentia matris decus iungeretur virginis. Iam clacet mater & virgo-pulcherrima, uti in superiore gradu. Cur igitur super summum additur etiam alia perfectio, ita ut dicatur quasi non esset, perfecta, dum celebratur ut una? Perfectio sanequam, venustus virginitatis, sed illam fugit claritas generationis. Perfectio similiter inelyta veneranda fecunditas, sed abest ab eius gloria pudoris honorabilis integritas. Maximum utrumque, quippe impossibile in carne; & adhuc proceditur ultra, haccine temel visa in terra gloria: Sponsa quae singularis Maria, quum ostenditur ut una, plauditur uti perfecta; siquidem summa super summam perfectionem perfecta, quod virgo mater sola esset mater & virgo. Iccirco dicitur: *Omnis gloria eius filiae Regis.* Haud pleonasmice Eius uti cogitavit Genebrardus; sed demonstrative, ut signetur admirationis scopus. Eius, non Alius; quia dum Deus Deiparae singularissimam isthanc gratiam concessit, gloriam suam alteri non dabit. Eius omnis gloria. Aptissimè. Gloria utique virginis integritas: gloria sanè genitricis fecunditas. Maior na nexus integritatis & fecunditatis, sed non omnis: omnique gloria dicitur, dum sola tam virgo quam mater filia Regis plauditur; quippe omnem gloriosam demonstravit perfectionem, dum sola ex cunctis obtinuit fecundam virginitatem.

Claudian.

Cap. 1. 3.

Quare per seclior quia sola

Psalm. 44. 14.

Hinc omnis illius gloria

3 Illustre anigma refert in Notabil. Epitaph. Aeneas Silvius. Sic igitur ait: *Sum quod eram, nec eram quod sum: nunc dicor utrumque.*

En. Sil.

Claret Virginis Deiparae gloria. Erat virgo, non erat mater: modò mater & virgo: equidem sola in carne felix obrinuit utrumque: mater igitur extitit, & virgo pulchrior illibata permanit.

Virgo & mater & sola virgo mater.

Florens de virginitate pudica

Prudent.

Da

Iana